



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Praxis Episcopalis**

**Piasecki, Paweł**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

De iure patronatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](#)

Concil. ea beneficia obtainentur. Etiam si locatio  
Prou. 1. sit ad modicū tēpus, etiam si per suppo-  
quæ ad bon. d. sitas personas. Et si aliquem in ijs pec-  
Conc. 2. cassæ Visitator cognouit, ipsum fructū  
decr. vnius anni amissione mulctet.

Videat etiam accuratè, an bona per-  
Concil. mutata, vel alio modo alienata sint à  
Prou. 2. personis Ecclesiasticis absque legitima  
tit. 3. facultate: tunc enim detinens compel-  
decr. 6. lendum est, etiam per censuras ad resti-  
tua bona cum fructibus non iure  
Concil. perceptis.

Prou. 2. In locationibus autem ad melioran-  
tit. 3. dum factis omnino seruari cureret, quod  
decr. 11. Cone. Prou. 2. præscriptum est.

At quantum ad hanc materiam per-  
tinet, maximè meminerit Visitator duo  
in bonorum Ecclesiasticorum alienati-

one semper requiri, causam videlicet  
& solemnitatem. Quæ autem solemniti-  
Borg. tates requirantur, post alios docet  
decis. 45. &  
Borg. late in suis decisionibus.  
46. to. 1.

Si vero, per procuratorem, alienati-  
onem, locationem è factam fuisse repe-  
rerit, nisi de speciali mandato, nempe  
de huiusmodi bonis constet, mandatūq;  
omnino seruatum sit, Visitator instru-  
mentum rescindat, seu potius nullum  
declaret. Ad fructum autem restitu-  
tionem detentorem condemnet, à tem-  
pore inequitatæ, vel ex æquitate à tem-  
pore, quo præfens rector beneficium  
obtinuerit.

Borg. im  
præcit.,  
loc.

Quando vero contractus fuit vali-  
dus, sed rescindendus est, si lis fuerit mo-  
ta, condemnandus est reus à tempore  
mortæ litis.

## CAPUT IX.

### De Iurepatronatus.

**C**IRCA inspatronatus in primis di-  
ligenter perquirere debet Visitator,  
an vere beneficium sit iurispatronatus,  
& ex quo capite. Nam solum ex funda-  
Concil. Trident. tione, & ex dotazione, quando Ecclesia  
tit. 28. erecta non habet dotem sufficientem, &  
cap. 9. quis eam de suo dotauerit, vel ex priu-  
legio summi Pontificis constitutus.  
Probatur autem titulus ex documento  
authentico, & per multiplicatas præ-  
sentationes, quæ effectum sortitæ sunt,  
d. Sess. 25. c. 9. per antiquissimum temporis cursum,  
memoriam hominum excedentis; quod  
propriè dicitur centum annorum: non  
enim sufficeret minus temporis spatiū.  
Borg. de magis communi- In communitatibus vero, vniuersitatibus,  
communi- & potentioribus plenior, & exacti-  
ni decisi- or probatio ad docendum verum titu-  
lum requiritur: Nec immemorabilis

temporis probatio aliter eis suffraga. d. cap. 9.  
tur, quæ si præter reliqua ad eam ne-  
cessaria, præsentationes etiam continu-  
atæ non minori saltem quinquaginta an-  
norum spatio, quæ omnes effectum sor-  
titæ sunt, authenticis scripturis proben-  
tur.

Cognoscat etiam an præsentatio in-  
fra tempus legitimum realiter facta sit;  
licet admissio post tempus præscriptum  
fieri possit.

Item an patroni se in bonis Ecclesiæ Concil.  
intromiserint, vel aliquid aliud fece- Trid.  
rint, quare iurepatronatus declarandi sess. 25.  
sit priuati: præcipue an præsenta- cap. 9.  
tione, nominatione è aliquid accep- Concil.  
rint; vel bona, iurauè usurpauerint; an Trid.  
etia per longum temporis spatium illud sess. 22.  
transferint. Quia videlicet Patroni per cap. 11.  
decessum Bald. de  
præse. p.

<sup>1. q. 5.</sup> decem annos non præsentauerunt: & si  
princ. q. res, cui ius patronatus annexum exti-  
9. de co- muni. cit, pluris vendita sit occasione iurispato-  
Concil. tronatus: effet enim eo casu Simonia.

Prou. 1. Videat etiam si huiusmodi beneficijs  
quæ per ad col. alia beneficia libera vniuersitate sint; & quo  
benef. tempore: nam si à quadraginta annis ci-  
Concil. tra, ante Concil. Trident. facta fuerit  
Trident. sess. 25. vno, perpendat, an nulla sit, vel reuocan-  
cap. 9. canda; quando non sit in evidentem uti-  
litarum Ecclesie: Ita etiam si nondum  
plenum effectum fortiter sit, ipsam bul-  
lam declareret.

Sylu. de Intelligat etiam si translatum sit ius-  
benef. q. patronatus, & quomodo: & si in laicū,  
6. sub an cum consensu Episcopi, qui requiri-  
num. 9. tur, cùm ipse cognoscere ac iudicare de-

beat, an patronum mutare, Ecclesie ex-  
pediat. Et aduertat, quando transfertur  
Ecclesia, ubi est ius patronatus; quia si <sup>Tunc</sup> ius patronatus est solum ratione fundi, <sup>Cremo.</sup>  
<sup>in cap.</sup> vel constructione ex simplici translatio-  
ne patronatus cessat: si vero ex ratione sterium,  
dotis, tunc noua Ecclesia erit iurispatro- <sup>16. q. 6.</sup>  
natus.

Cognoscat etiam an præsentatus ad <sup>Concil.</sup>  
præscriptum iurauerit. Et quando institu- <sup>Prod. 1.</sup>  
tio ad inferiorē spectat, videat, an in- <sup>quæ</sup>  
stitutus ab Ordinario fuerit exami- <sup>peit. ad</sup>  
natus: & ubi inter patronos est lis, si <sup>collat.</sup>  
institutio ad Ordinarium spectat, Oe-  
conomum interim deputet: Huius-  
modi enim deputatio ad institutorem  
pertinet.

## C A P V T X.

### De Vnionibus.

Concil. **V**NIONES etiam iurispatronatus  
Trid. quadraginta annis citra, ante sacrū  
sess. 7. c. Concil. Trident. factas Visitator dili-  
6. & sess. genter examineret; & ubi nullæ, vel an-  
25. c. 9. nullandæ sunt, ipsas nullas declaret, vel  
Concil. annulet ad præscriptum sacri Concil.  
Prou. 1. Trid. præcipue vniones ad beneficium  
quæ ad bon. iurispatronatus, quæ effectum fortiter  
d. sess. 25. non sunt. Et qui Vnionem suprà quadra-  
c. 9. ginta annos factam esse prætendit, eam  
Episcopo, Visitatoriè ostendere debet.

Rebuff. Ad validitatem autem Vnionis plura  
in Prax. requiruntur; præcipue autem, vt ex cau-  
de vni. fa, vt videlicet sit evidens necessitas,  
vel utilitas; vt secundum canones fiat,  
nempe cum consensu Capituli, nisi con-  
suetudo aliter se habeat; vt Ecclesiæ tem-  
poralibus minime vniuantur; vt dignius  
minus digno non vniatur; vt lice pendere  
non fiat; & vt verus annuus valor v-  
triisque exprimatur, etiam quod bene-

ficium sit manuale. Et aduertatur, quia  
etiam à Vicario Generali Vnio fieri non  
potest, nisi id ei specialiter mandatū sit.

Ulterius etiam, cum cause cognitionis  
requiratur, vocandi sunt etiam illi quo-  
rum interest coram Ordinario loci, qui  
Vnionem fecit.

Et notandum est, quod quando fit Vnio Concil.  
à Papa, vel à legato de latere de Ecclesia Trid.  
Episcopo subiecta Monasterio alicui, Borg.  
vel alio modo, non eximitur illa Eccle- decisi. +  
sia à iurisdictione, & à subiectione Epi- n. 9. to.  
scopi; & ideo poterit visitari, nisi, quan- 2. & in  
tum ad Papam, aliter in Vnione expre- induc.  
sum esset. Et aduertendum est Vnionem Verb.  
tribus modis fieri; Primò, vt ex duobus Vnio.  
vnum fiat. Secundò, vt Ecclesia una alijs Reduk.  
subijciatur, & hoc casu in impecratione in loco  
principalis Ecclesie, non est opus expri- pœc.  
mere accessoriè vnitum. Tertiò vt v-  
traque Ecclesia remaneat principalis.  
Et